

rencij & anniuersario tue consecracionis die, decernimus ergo vt nulli omnino homini liceat vpsalensem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet vexacionibus fatigare sed omnia integra & illibata seruentur eorum pro quorum gubernacione & sustentacione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et lundensis episcopi debita iusticia & reuerencia Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptauerit secundo tertioque commonita si non reatum suum condigna satisfactione correxerit potestatis honoris que sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a sacratissimo corpore ac sanguine dej & domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte vlioni subiaceat cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri iesu christi quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum iudicem premia eterna pacis inueniant amen.

50.

1164 d. 5 Aug.

Sens.

Påfv. ALEXANDER III:s Bref till Sveriges Biskopar i samma ämne; med erinran derjemte, att ej göra några olofliga anordningar; ej för vällefnad, utan för Christendomens förkofran, resa omkring i sina församlingar; ej för gåfvor utdela beställningar; utan i allt redligt och vaksamt vårda sin hjord.

B. 2: 179, 180.

Item de ordinatione metropolis s. vpsalie alexandri tercij pape.

ALEXANDER episcopus seruus seruorum dej. venerabilibus fratribus, vniuersis episcopis per regnum swecie constitutis salutem et apostolicam benedictionem, venerabilem fratrem nostrum, stephanum olim vpsalensis ecclesie electum, nunc vero archiepiscopum vestrum ad sedem apostolicam venientem, debita benignitate suscepimus, et omnem illam ei gratiam exhibuimus & honorem, quem sibi a nobis decuit exhiberi. atque petitionibus suis grato concurrentes assensu, iuxta quod ab antecessoribus nostris ab anteactis temporibus dispositum fuerat & statutum, sed non dum execucione operis adimpletum, precibus & interuentu karissimi in christo filii nostri. C. illustris regis sweorum & gothorum, vestris quoque & vlfy ducis regni illius, pallium pontificalis scilicet officii plenitudinem, ei duximus indulgendum, Et ne decetero prouincie swecie metropolitani possit cura deesse, commissam gubernacioni sue vpsalensem vrbem, eiusdem prouincie perpetuam metropolin ordinauimus, & episcopatus vestros ei tanquam sue metropoli, perpetuis temporibus

temporibus constituimus subiacere, ipsum itaque cum plenitudine gracie nostre. ac benedictione apostolice sedis ad propria remittentes, caritati nostre attentius commendamus, per presencia scripta rogantes, monentes, atque mandantes quatenus eum tanquam archiepiscopum vestrum benigne recipiatis. & honeste tractetis. & eidem in hiis que deus sunt sicut metropolitano vestro omnimodam reuerenciam impendatis, & sibi curetis humiliter per omnia obedire, vt de virtute obediencie possitis commendabiles apparere. Porro quum ex pastoralis sollicitudine nobis a deo commissa, circa traditiones ecclesiasticas vigilantem curam nos conuenit et attentam diligenciam adhibere, uobis auctoritate apostolica prohibemus, ne umquam ordinationes illicitas faciatis. numquam ex consuetudine per parochias uestras, gracia epularum, vel voluptatum, sed salutaris doctrine intuitu, solummodo discurratis, ecclesias quoque nullius precii munere, quibuslibet concedatis, vt hiis omnibus et aliis que pastorem vigilanciam decent, diligencius obseruatis, coram oculis domini & in conspectu hominum, possitis tanquam vasa nitida permanere datum senonis nonis augusti.

51.

1164—1167.

Ärke-Bisk. STEPHANS förening af en långvarig tvist mellan en i kloster intagen hustru, benämnd **DOTER** och hennes enda son **GERE**, på sätt att sedan hon till honom afstått all sin ärfda fädernejord, i händelse han öfverlefvär henne, Wibu skall tillhöra derwarande klosterfolk, tillika med 3 marks afrad af Skutle, Ekam, Hoa, Walby, Dalby, Solesta och Molstad och den 4:de marken af Flomsaker, i hennes lifstid; hvarjemte Ärke-Biskopen för egen räkning gaf Wiby kloster 1 marks årlig ränta.

A. 3. h. 1: 1.

JN NOMINE SANCTE ET JNDIVIDUE TRINITATIS Ego STEPHANUS VPSALSENSIS ARCHIEPISCOPUS NOTVM facio tam presentibus quam futuris. quod disensionem nimis inhonestam diuque protractam que inter probate uite ac deo dicata feminam **doter** nomine. filiumque eius nomine **gere** deo auxiliante cum consensu utriusque terminauimus. ea uidelicet ratione. ut supradicta deo dicata mulier cunctis patrimoniis iure sibi hereditario derelictis. filio eius unico. **gere** uidelicet superius memorato si matrem suprauixerit traditis. ipsa uillam **Wicbu** nomine cum omnibus appendiciis. pratis uidelicet et siluis. piscationibus ac cunctis necessariis eidem uille attinentibus libere in perpetuum religiosis ibidem uiris deo seruientibus possidendam acceperit. Huic quoque loco et pactioni additus est trium marcarum census perpetuo possidendus. qui uulgo aueret uocatur. que hic annotare cura diligenti curauimus. Jn uilla **scutle** marca. et X. solidi. Jn uilla **ekam**. XIII. solidi.

*Sv. Dipl.*